

Horatiana

I. Sat. II 3, 182—186. leguntur verba Servii Oppidii Caususini, qui filium ab aedilitate petenda ita dehortatur:

In cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in circo spatiere et aeneus ut stes,
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu,
Astuta ingenuum volpes imitata leonem.

Interpretes non animadverterunt poetam vs. 186. alludere ad fabulam de leone et volpe (Ἀλώπηξ καὶ λέων), quae in sylloge fabularum Aesopicarum ab Halmio edita (Lipsiae, Teubner, a. 1860, p. 20 n. 41) legitur: Ἀλώπηξ λέοντι συνῆν ἐν ὑπηρέτου προσχήματι καὶ ἡ μὲν ἄγρας ἐμήνυεν· ὁ δὲ ἐμίπτων ἐλάμβανεν. Ἐκατέρω τοίνυν πρὸς τὴν ἀξίαν διηρεῖτο μερίς. Ζηλοτυπήσασα δὲ ἡ ἀλώπηξ τῶν πλεόνων τὸν λέοντα, θηρᾶν ἀντὶ τοῦ μὴνύειν ἤρεῖτο. Καὶ πειρωμένη ποίμνης τι λαβεῖν, κατέστη πρώτη τοῖς θηρῶσιν εἰς θήραμα. Ἄρχεσθαι μᾶλλον ἀσφαλῶς ἄμεινον, ἢ κρατεῖν σφαλερώς. Locus igitur ita est interpretandus: si tu in gratia populi captanda Agrippae liberalitatem imitaris, perdis te ipsum, ut volpes, quae leonem imitari voluit.

II. Carm. III 14, 21—22. agitur de meretrice Neaera ad convivium invitanda:

Dic et argutae properet Neaerae
Murreum nodo colibere crinem.

Hoc loco fugit interpretes *murreum* idem significare, quod *fulvum*. Color enim myrrhae est fulvus; cf. Ov. Met. XV 399: 'Quassaque cum *fulva* substravit cinnama myrrha'; Prop. III 10, 22: 'murreum onyx', quem locum illustrat Plin. N. H. XXXVI 61. (de colore onychis, lapidis pretiosi): 'probantur quam maxime *mellei* coloris' i. e. fulvi, aurei. Adde Plin. N. H. XII 70. (de myrrha): 'in plenum autem probatio est minutis glebis nec rotundis, in concretu albicantis suci et *tabescentis*', ubi pro *tabescentis*, quod hoc loco sensu caret, scribendum censeo *flavescentis*, ut elucet ex codice Plinii Parisino 6797, ubi legitur *a vescenti*, ante *a* signo lacunae apposito. Quare corruptus esse videtur etiam Porphyrius ad Hor. Carm. III 14, 22, quem locum interpretes Horatii huc usque secuti sunt: 'Colorem murreum in crinibus hodieque dicunt, qui medius est inter flavum et *nigrum*', ubi scribendum videtur: 'inter flavum et *rubrum*'. Apud Tibull. (Lygd.) III 4, 28. autem, ubi de Apolline legitur: 'Stillabat Syrio *myrtea* rore coma', pro *myrtea*, quae est codicum lectio, scribamus ex coniectura Mureti: *myrreha*; nam Apollo flavus est, ut apud Ov. Am. I 15, 35, aut χρυσοκόμης, ut Pind. Ol. 6, 41; 7, 32.

III. Carm. IV 15, 1—2:

Phoebus volentem proelia me loqui
Victas et urbis increpuit *lyra*,

interpretes non animadverterunt Horatium iocari. Imitatur enim Verg. Ecl. 6, 3—4: 'Cum canerem reges et proelia, Cynthus aurem Vellit et admonuit' verbaque eius ita sunt explicanda

Phoebus me heroicum carmen scribere volentem *pulsavit* lyra sua. Nam *increpare* interdum idem significat, quod *pulsare*, i. e. pulsare ita, ut crepitus fiat. Cf. Ov. Am. III 16, 17, ubi loquitur de se tragoediam scripturo: 'Corniger increpuit thyrso graviore Lyaeus', i. e. pulsavit, nam Bacchus thyrso ferit eos, quibus furorem inicere vult; Ov. Met. XIV. 820—821: 'Impavidus conscendit equos Gradivus et icetu Verberis increpuit' et Trist. I 4, 24. (de nave): 'Increpuit quantis viribus unda latus'; Stat. Theb. III 431: 'Terga comamque deae Scythica pater increpat hasta'. Quare etiam apud Tibull. I 1, 30: 'stimulo tardos increpuisse boves' non significat: boves stimulis fodiendo hortari, sed simpliciter: caedere stimulo.

Budapestini.

G. Némethy.

Nepotianus

Hr. Héron de Villefosse legte der Pariser Akademie in der Sitzung vom 25. August (Comptes rendus 1905 p. 461 f.) diese im Kef, einst Sicca Veneria, gefundene Inschrift vor: *Nepotiano e(gregio) v(iro) | proc(uratori) scaagenario | ab actis * | proc. centenario | primae cathedrae | ordo Siccensium | civi et condecurioni | d(ecurionum) d(ecreto) p(ublice) p(osuit)*. An derselben Mauer befindet sich der Stein von gleichen Maassen mit derselben Schlussformel *ordo Siccensium civi et condecurioni d. d. p. p.*, welcher schon CIL. VIII 1647 veröffentlicht ist, der einem ebenso kurz genannten *Victor*, seines Standes Legionshauptmann, seiner Freigebigkeit halber gesetzt war. Die neue Inschrift besagt, dass Nepotianus kaiserlicher Beamter war mit einem Gehalt erst von 15000, dann mit 25000 Dinaren, um die serbische antike und zum Umrechnen so bequeme Bezeichnung des Francs zu wählen, dass er erst Redacteur der Staatszeitung war, wenn Mommsen Recht hat der *acta* hier wie öfter in der Litteratur (Seneca de benef. II 10, 4 *beneficium in acta non mitto*, Juvenal 2, 136, Sueton) vom Tagblatt oder Generalanzeiger verstanden wissen wollte, wofür auf Inschriften genauer *ab actis urbis* steht, sonst Actuar oder irgend Beamter der kaiserlichen Kanzlei, nachher Inhaber des ersten Lehrstuhls, wohl für Rhetorik im römischen Athenäum, denn es scheint mir zweifellos, dass wir den so geehrten *civi et condecurio Siccensium* nicht in dieser numidischen oder einer Provinzial-, sondern in der Hauptstadt des Kaiserreiches zu suchen haben. Der Ausdruck *prima cathedra* als amtliche Bezeichnung tritt uns hier zuerst entgegen; die Bedeutung des römischen ὀρόνος für die damalige Rhetorik, die Berufung auf ihn (καθιδροθῆναι ἐς τὴν Ῥώμην II p. 95, 9 Kayser) vom Lehrstuhl zu Athen, der Zusammenhang jener Stellung mit der kaiserlichen Kanzlei, dem Amt des Cabinetraths (ἐξ βασιλείους ἐπιστολάς), ist aus Philostrats Lebensgeschichte der Sophisten genügend bekannt. *cathedra* war in Rom längst eingebürgert und wie ein lateinisches Wort zu Ableitungen benutzt (*cathedra-*